

elvégezni; hanem sőt inkább nyilvánvaló legyen az, hogy erős torony az urnak neve, és a ki ahoz folyamodik s ragaszkodik meg nem szégyenül, hanem sőt inkább megtartatik s boldogíttatik. Hallgass meg minket édes atyánk ezekben, sz. fiad a *Jézus* nevében

Ammen.

Ekkleziásiai levéltár fasc. XXXIII. nro 11.

Közli: FERENCZ JÓZSEF.

CXXV.

A belső magyarutczai unitárius templom alapjába tett emlékirat.

In Sepiternam Memoriam.

Religione Unitaria, contradistincte ad Trinitariam ita nominata, licet natales suos Jesu Christo et ejus Apostolis debeat, Claudiopoli tamen circa Annum 1540, coepit propagari, a quo Tempore, ad praesens usque, plurimas quoad Sacra sua, Scholam item, ut et Politicam Civitatis Directionem, subivit Vicissitudines. Enimvero 1-o: Quoad sacra attinet; Tanta prope ortum suum erant ejusdem Incrementa, ut mox sub decursu ejusdem unius Lustris, tota Civitas è Lutheranis, paulo ante a R. Catholica Religione deficientibus, ad Unitariam transiverit, cooperantibus aliquot Viris, maxime vero Francisco Davidis, qui etiam e Reformato Unitarius factus, posteaquam super Lapide, quodam tunc in Platea Thordana, exposit autem nostris etiam temporibus, in illius anteriore angulo jacente, diu concionatus fuisse, publicò Plebis Audientis, quin etiam Plebani Civitatis Caspari Ilélthi vel Helthai applausu deductus est ad Templum Cathedrale in Fo-ro situm, eo ad huc tempore, quoad structuram imperfectum, ubi cathedrâ ipsi oblatâ, tanta multitudo Religionem Unitariam amplexa est, ut non tantum Domus Parochialis Plebaniae cum Templo cathedrali manserit apud Populum, jam tum Unitariam Religionem profitentem, sed et Templum idem Forense, mox ambitu quoque Officinarum mercatoriarum circumdatum, cum ricino eidem Templo novo, jam nunc desolato, majori ex parte aedificatum fuerit. Verum mox anno scilicet 1572. Joanne Secundo Sive Joanne Sigismundo Rege, ac Principe Transsylvaniae Unitario Fatis cedente, omnis Res Unitariorum declinare coepit, adeo quidem, ut iidem, Divo Carolo Sexto regnante, post perpassas Vicissitudines varias, ad extremum, gravi quoque Executione militari, jam tum tridua vexati, praedecarata duo Tempia, Anno 1716. 30-a marty, una cum Templo tertio in-Suburbio, vico scilicet S. Petri, pariter majori ex parte ab ipsis extracto ac aliis Bonis quam plurimis sibi propriis, Venerabili R. Catholicae cedere debuerunt, Unitariis sine exercendorum Sacrorum

publicorum, in aedes privatas Ecclesiae ipsorum privatas proprias Plebis tamen vix capaces sese recipientibus, ac hodiedum in duobus oratoriis ex iisdem aedibus eum in finem successive adaptatis, maximo satis ipsorum incommodo Sacra sua publica exercentibus. Cui malo medendi proposito, Templum Honori unius Veri Dei Sacrandum, eodem opitulante, Rege, Legeque ac Regno faventibus, hoc in Loco aedificare decreverunt Unitarii:

In cujus Fundamentum Lapis hic, manibus Superintendentis Stephani Lázár, Anno 1792. die 16-a July positus est.

2-o: Quod Scholam attinet: Anno 1557. Serenissimae Reginae Isabellae, Genitricis Joannis Secundi Sigismundi publico quoque Regnicolarum consensu, in Comitibus Thordam ad 1-m Juny indictis Claustrum Dominicanorum Claudiopoli in Arce véteri situm, in Scholam Unitariorum publicam conversum exstitit, Sacra Reginali Majestate, Quartam Decimarum Territorii Claudiopolitani, in rationem ejusdem Scholae, Benignissime conferente; (cujus Donationis meritum, non tantum Lapidi incisum, qui lapis ambitui Templi Cathedralis, super Porta nunc clausa versus meridiem caracteribus jam nunc erasis Templum ipsum respicientibus impositus fuit) verum etiam Domus Senatoriae, seu Curiae Claudiopolitanae Parieti, idiomate Latino et Hungarico ad legendum sub his verbis appensum conspiciebatur: *Donatio Regia, Sum Haereditus Scholae hujus, et Pauperum, qui comoda mea alio averterit haec et Similia, deletur ex Libro viventium, et memoria Hominum*, Anno Domini 1557. Quam Reginalem Collationem, Divus etiam Joannes Sigismundus, obtento Principatus Regimine, nova Donatione munivit Anno 1562. 1-a Sept. Albae Juliae. Eandem successive Serenissimis quoque Transylvaniae Principibus Stephano Báthori A. 1571. Christophoro Báthori A. 1576. ac Gabriele Bethlen Anno 1626. confirmantibus; verum, regnante Transilvaniamque tenente, Divo Leopoldo I-o Romanorum Imperatore Augustissimo; Scholam eandem Unitarii pro Devotione obsequiali Summo Principi debita, in rationem, instituendae Juventutis catholicae R. R. P. P. Societatis Jesu, jam abolitae cesserunt A. 1693. 10-a 8-bris, pro eadem, Sua Majestate ssma consentiente, J. Status et ordines Transsylvaniae, medio illustrissimorum Commissariorum ad id ex 4 receptis Religionibus Deputatorum, utpote: Illustrissimi quondam Stephani Haller, Spectabilium item ac Generesorum quondam Georgii Wass, Pauli Suki & Tobiae Fleischer tres Domus Privatorum in Serie Domorum e regione, Templi Forensis tunc Unitariorum, versus occidentem, juxta invicem in vicinitatibus Domorum Plebaniae et Spectabilis quondam Andreae Toldalagi Florenis Hungar. 6300 coemptas Unitariis in Scholam eorum assignaverunt: At quia Cubicula in iisdem reperta numerosorum Scholae civium incapacia, proque institutione eorum incommoda fuissent, Ao 1694. coeperunt Unitarii propriis partim, partim vero ab J. Tranniae Statibus et ordinibus collatis Sumptibus, in praedeclearatis Locis, a primo lapide nova Fundamenta commodioris Scholae ponere, cujus aedificatio subsequentibus Annis absoluta quoque fuit. Verum mox, Anno nimirum 1718. die 1-a

Aprilis, sub comminatione gravis executionis militaris demandatum fuit miseris Unitariis, ut haec quoque Schola evacuaretur, et Scholastica ipsorum Juventus inde emigraret, quamobrem hanc etiam Scholam una cum portionibus possessionariis in J. Comitatus Torda, Kolos, et Szolnok Interiore, per Ecclesiam Unitariam, proprio ejusdem aere, Jura Hypothecario acquisitis, ut et Typographia, molendinoque trium Rotarum ad S. Petrum erecto, Dominis R. Catholicis, quasi pro Doti Templo cathedralis per eosdem praevio modo occupati, Praetendentibus, Die 2-a Mensis et Anni praescriptorum cedere debuerunt Unitarii, Studiosam Juventutem Suam in aedes ad Latus Templi isthic fundati, accidentale intermedio vico publico sitas, ac propriis Unitariorum Sumptibus acquisitas transponentes. In quibus pro habitatione, institutioneque Scholasticae Iuventutis successivis temporibus, quantum id hactenus fieri potuit, adaptatis, ac nomine Collegii Unitariorum insignitis, hodieum etiam Iuventus ipsa, in pietatis et scientiarum cultura manuducitur munere Rectoris quidem R. R. ac Clarissimo Unitariorum Superintende Stephano Lázár, Professorum autem: In Physica et Mathesi eodem Rectore, in Theologia Clarissimo Georgio Markos, in Logica, Metaphysica, moralique Philosophia, nec non Lingva Germanica, Clarissimo Josepho Pákei, in Historicis vero, ut et Lingvis orientalibus Clarissimo Sigismundo Nagy fungentibus.

Denique 3-tio: Quoad Politicam Civitatis Claudiopolis Directionem: Haec quoque, a tempore, quo Cives Unitariam Religionem modo prae declarato amplexi fuere, inter multos etiam Armorum Strepitus, ac miserabiles Regni mutationes constanter mansit apud Unitarios tamdiu quidem, donec sub Principibus Georgio Rákotzi I-o et II-o auctis Reformatae Religionis Incolis, dimidiam partem Senatus, aequae ac Centumviratus Claudiopolitani, iidem Domini Reformati certis sub conditionibus ingressi tamdiu tenuerunt, donec pariter multiplicatis D. D. R. Catholicis Claudiopolitanis, hi quoque A. 1717. Ius in tertiam partem magistratus atque Officiolatus, ut et Centum Viratus Succedendi sub Principatus Gubernatore Exllmo quondam Comite Sigismundo Kornis nec non Tranniae J. Militiae Commendante Generali Comite a Steinville obtinuerunt. Ab hoc itaque tempore ad omnia Officia Civitatensia Cives fatarum Statim trium Religionum, Unitariae nimirum, Reformatae, et R. Catholicae aequali Numero tamdiu admovebantur, donec adhibitis eum in finem moliminibus, ad emersas a parte Unitariorum in Officiis Vacantias, Civium Catholicae Religionis pedetentim facta Suffectione, Unitarii ex Officiis et Servitiis Regiis quemadmodum tota ferme in Trannia, ita speciatim Claudiopoli quoque, usque ad annum 1780. prorsus excluderentur.

Tum vero, ut et Temporibus ad praesens usque successivis, in consequentiam Altissimorum Rescriptorum, Decretorumque Regionum, a divis Imperatoribus, Regibus ac Principibus Josepho videlicet et Leopoldo Secundis, Conclusorum item a Congregationibus Marchalibus, ut et Articulorum Diaetalium, ab Inclutis Principatus Statibus et ordinibus super legali Diplomaticaque Idoneorum cujusvis Religio-

nis Receptae Idoneorum, ad quaelibet officia Servitiaque Regia applicatione, Benignissime Gratioseque emanatorum, ac jam Gloriossima Regnantis Majestatis quoque Francisci, in Regem Hungariae, die 6-a proxime praeteriti Mensis Juny solemniter coronati, velut Tranniae Principis Haereditarii, Oraculo Regio Clementissime confirmatorum, Unitarii quoque, prius quidem ad Subalterna, proximius autem ad Dicasterialia etiam Officia coeperunt admoveri, ut adeo de praesenti non solum in comitatibus, Sedibusque Siculicalibus, Civitatibus item, ac Oppidis Nobilibus ac Privilegiatis habeantur Vice Comites, Vice Judices et Perceptores Regii, Indices Ordinarii Notarii et V. Judices Unitariae Religioni addicti, verum in Excelsaque Cancellaria Transylvanico Aulica Thomas Gáll de Kövend V. Protocollistae, in Tabula autem Regia Samuel Sárosi de Poka, antea Vice Judex Regius Assessoris ordinarii muniis actufungantur, ad hoc Andrea quoque Kökösi de eadem adhuc dum Vice Directoris Regii Officium tenente, resoluta, ac etiam confirmato existente, speciatim autem Claudiopoli, Moses Barta Senatoris simul et Requisite Conventualis, Franciscus Rákosi et Martinus Ágoston Divisorum, et hic etiam Procuratoris Fiscalis, Stephanus Ágoston Orphanorum Inspectoris, Ladislaus Gyergyai V. Judicis, Joannes Kecskeméti Confrontatoris, Samuel Veress Directoris, Josephus Szikszay Chyrurgi Publici, Joannes Szakáll Auri Camboris Regii, ac denique praeter recensitos alii etiam plurimi Centumviratus munia habeant: quae omnia, uti et caetera quaevis Cittis ac etiam totius Patriae emolumenta, cum in fundamento Benignitati ac Misericordiae Solius Dei Patris attribui debeant, Huic sit Laus, Honor et Gloria in Sempiterna Secula! Amen.

A Kolosvári Unitarium Templom építése kezdetekor, kik voltak az Eklésia előljárai &c. meg iratott, 's kőre metzetett, melly a' Templom Fundamentumában tétettetett, és leiratott Déákul illyen modon:

Ecclesiarum Unitarium Supremis Curatoribus Francisco P. Horváth, et Mich. Torotzkai, Superintendentente Stephano Lázár, Generali Notario Josepho Pakey; Ecclesiae Unitariae Claudiopolitanae Parochis, Adamo Almási, et Georgio Márkos, Curatoribus Stephano Bartha, et Francisco N. Rákosi, Consistoribus Martino et Stephano Ágoston, Michale Sala, Steph. Siko, Joanne Pakey qui et Notarius, Laurentio Kovátsi. Joan. Szakáll, Dan. Martino et Joanne Kecskeméti, Francisco Fekete, Joh. Sombori et Dionisio Jóó, utrisque etiam Perceptoribus, Mich. et Josepho Nagy, Dániel Mátéfi, Mich. et Ladislao Gyergyai, Joan. Komjatszegi, Andr. Miko, Mart. Szombati, Samuele Hints, et Joanne Stamp. Aedituis Mich. Brassai, et Gabr. Sintzki, Cantoribus Moysse B. Siménfalvi et Mich. Bartok existentibus, Lapidem hunc pro primo Fundamento Turris, Templi, in honorem Unius veri Dei Sumptibus nominatae Ecclesiae, opera Architecti Antonii Török extruendi, Titt. Superintendens Anno Domini 1792. die 16-a July manibus posuit Stephanus Lázár, praemissa oratione precatória, multis confluentibus Ecclesiae Viris.

BRASSAI SÁMUEL ALSÓ-SZT-MIHÁLYFALVI PAP LE-
VELEI SEBES PÁL TOROCZKÓI ISK. IGAZGATÓHOZ

1830—1836.

VIII.

In Vico-Sti-Michael, 9-a X-bris 1831.

Tisztelt Rector Ur!

Már ma abusussá vált sok dolog — tudja hogy a' Gyermekek így Conjugálnak (Déákizálok a hajdani hangon) Ego Amo — én szeretek 's — e' pedig nem jo — mert ezen szoban szeretek — benne vagyon az *Én*, 's a' midön a' Gyermekek így tanittatik olyan rosszul szokik, hogy magyarul beszélvén el-árulja magát hogy tejjel bé szívott nyelvit nem tudja. Az Ur is protestál 's nincsenl menti magát — a' mikor van modja, hogy minden meg erőltetés nélkül egyik szobáját könyvel meg töltse, különben hitesse el magával hátra marad. Ha magyarul akar meg tanulni, szerezze meg a' Révai Grammatikáját — abból ki fogja tanulni, hogy így kell ki tenni a' *Keresztyén Pap Ékessége* — nem ékességei. Egy Ember felöltözik ékes Ruhában — 's a' mondatik szép öltözettye van, nem öltözetei vagynak — A' másban: — nem kell az ő Istenét hanem tsak: *Istenét igazán tisztelő és azért Istenől viszont meg tiszteltetett keresztyén* sat. Látja éppen így járnak sokan a kik németből forditnak — minden rendből tsak nemki tetszik; hogy sem magyarul, sem németül nem tudnak. Ezen igasságát láthatta az Ur a' Bajza Criticájából — a' Döbrentei Urnak adott válaszból vagy felelethől. Pesti Theologiae professor Szalay Ur kezdett most kiadni prédikátziokat — az első darab már ki jött, ezt szerezze meg az Ur, sok hasznát fogja venni. Hát az Áhítatosság oráit 8 darabban meg vette-é? Szerezze meg az Ur az Áhítatosság oráit 8 darabban magyarul — 's a' mostan folyásba indult Szalait — minden eddig valokra tégyen petsétet és mondjon le rollok. Német országon a' hol 100 esztendővel ez előtt voltak mi most ott vagyunk — a' Blair első darabja ki van nyomtatva — abból meg lehet ismerni az ő gondolatyait — de mikor megyünk mi oda a' hol ő állott pedig már ő is régi — Én most ismét találtam égy könyvre — melyből ha az Arany váltoné Aszszony a' Télen meg nem hal, 's én is Ta-